

Alte Drucke

**Passio Domi||NI NOSTRI IESV CRI-||sti secundum
Mattæum in de-||cem Homilias diuisa, per D. Ioannem
Chrysostomu[m]. || ... ||**

Johannes <Chrysostomus>

Parisiis, 1547

Homilia LXXXI. EX CAP. XXVI.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150600

IN CAP. MATTHAEI XXVI.

Infantes igitur secundum nequitiam sumus, & malignitate omiſſa virtutem amplectamur, vt ad æterna perueniamus, gratiâ & misericordiâ domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

HOMILIA LXXXI. EX CAP. XXVI.

*U*m autem eſſet in Bethania in domo Simonis leproſi, acceſſit ad eum mulier, alabaſtrum vnguenti habens precioſi, & effudit ſuper caput eius recumbentis. Hæc mulier vna & eadẽ apud omnes euangelistas eſſe videtur: meo autem iudicio eadem eſt apud tres, alia verò quædam & mirabilis Lazari ſoror apud Ioannem. Nô autem abſque cauſa lepræ Simonis mentionẽ facit euangelista, ſed vt aperiat, quare cõſidens acceſſit mulier. Nã quoniam immunda quædam res, & abominabilis ægritudo lepra eſſe videbatur: vidit autem curatum Simonem à Ieſu (non enim aliter hoſpitatus apud leproſum fuiſſet) vehementer ſperauit, animæ quoque ſuæ ſordes facilẽ poſſe ab eo detergi. Ciuitatis autem Bethaniæ nomen non ocioſe addidit, ſed vt diſcas ſpõte ad paſſionem accedere. Nam quĩ prius à Iudeis ſibi cauebat, quando maximẽ inuidia exarſerunt, tunc propius ad eos venit, vt circiter duo milia paſſuũ à Hieroſolymis abeſſet. Quæ ex re manifeſtẽ pater diſpenſationis quoque priores fuiſſe reſceſſus. Cũ igitur, vt diximus, apud Simonem mulier ipſum vidiffet, fiducia inde capta, ingreſſa eſt. Nam ſi illa quæ ſanguinis fluxum patiebatur, quanuis talis flagitij ſibi conſcia non eſſet, tamen quoniam naturæ quodam deſectu immunda videbatur, timens ac tremens acceſſit: multò magis timendum iſti erat, quæ cõſcientiæ pondere premebatur. Quocirca poſt multas mulieres, poſt Samaritanam, poſt Cananæam, poſt eam quæ fluxum ſanguinis patiebatur, alias quoque complures, Ieſum adire auſa, quia turpis vitæ cõſcia, factum eſt, vt nec publicẽ, ſed in domo atque priuatim acceſſerit. Cũque cæteræ omnes curationis corporeæ gratiâ adiffent, ſola hæc ad honorem ei conferendum, & animæ incolomitatem acquirendam acceſſit: nulla enim corporis ægrotatione laborabat, vnde meritò de animo atque affectione ipſius erga Ieſum quiſpiam admirabitur: præſertim tamen cum non vt homini nudo afferret honorem, ſed vt maiori cuidam, ſupràque hominem

Ioan. 12.

Luce. 8.

hominem. Quippe cū capillis abstergeret pedes eius, honorabilis in toto corpore membrum, caput dico suum pedibus Christi subiiciebat. *Videntes autem discipuli eius (inquit) moleste tulerunt, dicentes. Ad quid perditio hæc? Potuit enim vnguentum hoc veniūdari multo, & dari pauperibus. Sciens autem Iesus, dixit: Cur molesti estis huic mulieri? Opus enim bonum operata est in me: pauperes enim semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis. Cum enim hæc immiserit vnguentum hoc in corpore meo, ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis, vbicumque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur & quod fecit in memoriam eius.* Vnde discipulis hæc cogitatio suborta est? Audierunt sanè dicentem magistrum: Misericordiam volo, & non sacrificium, Iudæisque increpantem, quia grauiora, iudicium scilicet, misericordiam & fidem negligebant. Multa enim alia de elemosyna in monte ab ipso disputata meminerunt, ex quibus omnibus inferebant, quoniam si holocausta, & priscum cultum non suscipit, multo minus huius vnguēti effusionem gratam habebit. Sic igitur illi cogitabant. ipse verò mentem eius apertissimè videns, & quanta religione, quantoque studio erat succensa, non solum hoc, verumetiam valde condescendens in caput suum effundi vnguentum permisit. Nam si hominem assumere, & vtero mulieris portari, & educari laetè non recusauit: cur miraris, si hoc quoque non depulit? Et certè quemadmodum pater eius niderem & fumum, sic & ipse meretricem suscepit, mentem & animum eius considerans. Etenim Iacob statuat Deo in-
 unxit, & sacrificiis oleum offerebatur, & sacerdotes vnguento vnguebantur. Discipuli autem qui mentem eius per-
 spicere non poterant, importunè criminabantur, & accusantes munificentiam mulieris ostendunt. Nam quum dixissent, vendi trecentis denariis vnguentum illud potuisset, quantum ipsa edidisset aperuerunt, & sic magnanimitatem eius manifestarunt. Iesus autem increpat, dicens: *Cur molesti estis huic mulieri?* Et rationem vnā affert, quā rursus in passionis suæ memoriam eos inducit. Ad sepul-
 turam enim meam hoc fecit, ait alterum. *Pauperes enim vobiscum semper habebitis, me autem non semper habebitis.* Et vbicumque prædicabitur hoc Euangelium, factum & istius dicitur. Perpēdis quomodo exitum ad gentes prædicit, hinc etiam

Osee. 6.

Gen. 28.

Luc. 2.

& 8.

IN CAP. MATTHAEI XXVI.

mortis suæ solamen discipulis afferēs. Siquidem tanta post
 crucem virtus eius futura est, vt vbique terrarū prædicatio-
 nis splendor refundatur. Quis igitur poterit aduersus veri-
 tatem hanc, tam latè longèque patentem quicquam oppo-
 nere? factum enim tam videmus, quod prædixerat, & quo-
 cunque terrarum ibis, hanc mulierem prædicari audies. Et
 certè nec insignis quædam, & nobilis fuit persona, nec mul-
 titudine testium res celebrata est, nec in theatro, sed in do-
 mo, & in domo leprosi confecta, vbi discipuli solummodo
 aderant. Quis igitur tam abiecta mulieris factum ita exclau-
 mauit, vt per torū sic orbem, & ab omnibus audiretur? Vir-
 tus profecto eius, qui hæc prædixerat. Et quidem regum, ac
 imperatorum res gestæ, quorum nonnulla remanent monu-
 menta omnino tacentur: & de plerisque eorū qui vrbes con-
 diderunt, mœnia erexerunt, bella gesserūt, trophæa statue-
 runt, multasque gentes subiugarunt, quanuis & statuas sibi
 fecerint, & leges sanxerint, nulla tamen fit mentio, multis-
 que ipsorum nec nomine quidem extant. Quod autē meretrix
 mulier in domo cuiusdam leprosi decem viris præsen-
 tibus oleum effudit, id per vniuersum orbē tanto tempore
 transacto decatur, sed Indi, Scythæ, Thraces, Sauromatæ,
 quique Mauritaniam, quique Orchadas insulas habitāt, quod
 in domicilio pauperis à flagitiosa fuerat factū muliere, ma-
 gna prædicant voce. O ineffabilem misericordiam domini,
 qui à meretrice muliere pedes suos osculari patitur, & oleo
 precioso perūgi, & pilis capitis eius abstergi: nec patitur so-
 lum, verumetiam increpat criminantes. Non enim debebat
 pro tanto mulier studio reprehendi. Tu autem illud confi-
 dera, quomodo iam sublimes animo, & ad eleemosynam
 proniores erant discipuli. Sed quānam ob rem non illico
 dixit, quia opus bonum fecit: sed anteposuit, Quid molestū
 estis huic mulieri? Vt erudiret eos, non statim ab incunabu-
 lis ab imbecillioribus sublimiora esse petenda. Quapropter
 non rem ipsam solummodo nudam, sed personam mulieris
 coniunctam exposuit: quam certè si legem sanciret, non ap-
 posuisset. Ideo ergo personā cū re simul accepit, vt discas
 tu gratia mulieris hæc dicta esse, ne germinantē fidem eius
 decuterent, sed irrigarēt magis, ac ad maiora protraherēt:
 vnde nos docet, quando bonum quicquam fieri videmus,
 etiam si exactissime non fiat, suscipiendū tamen nobis esse,
 & fauore

& fauore nostro ad vltiora prouehendum. Non est enim exquisitissima ratio statim in principio rerū querēda: hoc Christum ita velle, inde patet, quia quum non haberet vbi caput declinaret, loculos tamen circumferre iussit. Preterea non erat tempus tunc factum mulieris corripiēdi, sed commēdandi duntaxat, atque approbandi. Et quemadmodū si quis ipsum antequam mulier hoc fecisset interrogasset, nō admisisset: sic postquam fecit, illud vnum solummodo respici, ne increpatione discipulorum ancipiti animo turbetur, sed hortatu suo maiore animo suscepto recedat. Non erat enim amplius increpatione post effusionē olei opportuna. Ita & tu si preparasse quosdam vasa videris sacra, aut ornatum quendam alium circa parietes ecclesiarū, & pauimenta cōfecisse, noli reprehendere aut venundari iubere, quod factū est, ne animum eius qui fecit, perturbes. Sin verō antequam fecerit, te cōsuluerit, pauperibus offerre iubeto. Verū quoniam ad sepulturā suam id ipsam fecisse dixit, ne confundatur mulier, sepulchrū & mortē audiens, vide quemadmodū rursus ipsam corroborat. In vniuerso, inquit, orbe quod ista fecit dicitur: quod & discipulis solamē assert, & illi solamē simul & laudem. Vniuersi enim factū ab ea decātābūt, inquit, & modō passionem meā prædixit, quæ ad sepeliendos homines pertinēt, adducens. Nemo igitur ipsam increpet, quum ego a deō procul ab sim, vt ipsam quasi malē fecerit reprehendam, vt nec latere quidē id patiar, sed vbique terrarum, quoniā mente pia, & feruenti fide factum est, prædicari faciam. Quam autē ob rem nihil spiritale, sed perpetuā mulieri memoriā pollicetur? Hac laude de spiritualibus etiā confidere ipsam effecit. Si enim bonū operata est opus, procul dubio digna opus mercede non fraudabitur. Tunc profectus vnus ex duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes sacerdotum dixit: Quid vultis mihi dare, et vobis tradam eū? Tunc istud, ad quodnam tempus referendum est? Non ad aliud certē. Nec quādo audiuit, quia prædicabitur vndique hoc Euangelium: sed quando etiā mulieres, atque infantes tanto Christum persequabantur honore, tunc ipse diabolicum facinus meditabatur, & peragebat. Cognomināt autē eum, quia erat etiam alius Iudas, nec verentur dicere ex numero ipsorum duodecim ipsum fuisse: sic etiā nihil eorum occultant, quæ opprobriosa sibi esse vixebātur. Et certē po-

IN CAP. MATTHAEI XXVI.

tuerunt simpliciter dicere ex discipulis illum fuisse: fuerunt enim & alij præter duodecim: nunc autem ex duodecim addunt, ac si dicerent, ex primo eorum choro quos quasi optimos legit, qui cum Petro atque Ioanne unius ordinis erant. Unica quippe cura illis solummodo fuit, non tenebris obducendi quæ facta sunt, sed veritatis exponendæ: quocirca multa de signis prætercunt & nihil eorum quæ ignominiosæ videntur, occultant, sed siue verbum sit, siue res quæpiam, opprobriose dictum aut factum libere id prædicant: nec ceteri tantum, sed ipse quoque grandiloquus Ioannes diligenter obseruat. Exquisitissime namque omnium contumelias & opprobria in Christum facta conscripsit. Vide autem Iudæa malignitatem, qui sponte ad prodendum abiit, qui argento id facit, & argento minimo. Lucas verò ait, cum magistratibus ipsum pepigisse. Nam propter Iudæorum seditiones, quosdam præfecerunt Romani, qui eos in ordinem redigeret. Iam enim principatus eorum secundum prophetiam translatus erat. Ad magistratus igitur profectus dixit: Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam ipsum? *Isti autem statuerunt ei triginta argenteos. Extunc quærebat oportunitatem, ut ipsum traderet.* Nam quoniam multitudinem timebat, tempus querebat, quo solum posset circumvenire. O singularem amentiam: quia penitus habendi cupiditate fuit ex cæcatus. Nam qui sæpius vidit ipsum per medios inimicos transisse, qui diuinæ omnipotentiae ipsius multa documenta re ipsa percepit, retineri ipsum posse putauit, præsertim quum tot sibi tam terrentia, quam mulcentia verba ab eo dicerentur, ut sceleratam hanc cogitationem ab ipso abicere omnino debuerit. Nam quanuis nec etiam in ipsa cœna curam eius prætermisit, sed usque ad ultimam penè horam, qua fuit traditus, de hac re ille ænigmaticè loquebatur: nihil tamen ille lucrari potuit, nec propterea dominus quæ sua sunt facere cessauit. Hoc igitur probè tenentes, cuncta libenter ad reuocandos peccatores, & desides faciamus, admonentes, docentes, exhortantes, rogantes, consolantes: que non cessemus, etiam si nihil prodesse videamur. Nam & Christus quanquam inemendabilem Iudæa in misericordia duritiem non ignorabat, non tamen cessauit quæ sunt sua facere, admonendo, minitendo, & quasi miserum lachrymando, nec aperte vnquam & liquido, sed ut occultius, ita-

Luc. 22.

tijs, ita illi expreſſius. In ipſo vero proditionis momento, & oſculari ſe ab eo dignatus eſt: ſed nihil hinc ille confeſ-
catus eſt, tantus certe, tamque incredibilis auaritiæ furor
eſt: hæc enim illum & proditorem nequiſſimū, & ſacrilegū
neſandiſſimū fecit. Audiatis hæc attētiſsime omnes auari, qui
grauiſſimo indē morbo laboratis: audiatis inquam, & reter-
rimā hanc ægritudinē fugiatis: nāque ſi qui vnā cum Chri-
ſto uiuebat, ſi qui doctrinā Chriſti audiuit, ſi qui ſigna fecit
in proſūdīſſimum malorum bathrum ex hac ægritudine
præcipitatus eſt: multo facilius vos, qui nec ſcripturæ audi-
ſtis, & ſecularibus aſſixi eſtis, hic morbus aggrediatur,
niſi iugiter atque perpetuū vigiletis. Quotidie ille cum eo
erat, qui non habebat, ubi caput reclinaret: & quotidie &
verbis & operibus inſtituebatur, vt non argentum, non au-
rum, non duas tunicas habere vellet, & tamen deprimere ſe
non potuit. Quomodo igitur tu ſperas abſque magna cura
& diligenti ſtudio cōtagionem huius morbi eſſugere? Ter-
ribilis certe terribilis hæc belua eſt, ſi tamē volueris facili-
mē ipſā ſuperabis: nō habet enim à natura originē hæc cu-
piditas. Nam quæ à natura ſunt, vniuerſis hominibus cōmu-
nia ſunt: hæc autem cum omnibus non inſit, ex deſidia ſolu-
m originē trahit: inde naſcitur, inde augetur, inde conſer-
uatur: quū aliquos in ſeruitutē ſuam attraxerit, cōfeſtim il-
lis præter naturā uiuere perſuadet. Nam quum amicos, fra-
tres, cognatos, vniuerſos ſimpliciter qui eiſdē generis ſūt,
& ad hæc omnia ſe quoque ipſos ignorant, præter naturam
certē viuunt: vnde patet præter naturam eſſe malignitatē,
& peſtiferū auaritiæ morbum: in quem & iudas quum inci-
diſſet, proditor factus eſt: quem Chriſtus, vocauit, nō coë-
git. Sanē dei vocatio nec mentem eorum, qui virtutem vo-
lunt cōtemnere, vllō modo violentat, ſed hortatur quidem,
ac conſulit, & omnibus modis bonos eſſe perſuadet. ſi verò
aliqui reſiſtuntur, nullo modo coërcet. Quod ſi vis diſcere
vnde huiusmodi factus eſt, Argenti cupiditate ipſum depe-
riſſe inuenies. Sed quomodo inquires hac paſſione vitius
eſſe? Ex deſidia certē, atque incuria. Vnde mutationes huius
cemodi ſic fieri ſolent: quemadmodum ſtudio, ac diligētia
illorum contrariæ. Multi enim ex rapacitate, ad lenitatem
omnino mutati ſunt: multi petulantes modēſtiam amplexi
ſunt: multi auari prius & odioſi alienorū inuaſores, poſtea

etiam sua proiecerunt. Contrarium rursus à desidia solet
 4. Re. 5. accidere, Etenim Gihezi vnâ cum viro sancto vivebat, &
 nequam hoc morbo affectus est. Pessima nempe omnium
 hæc passio est, hinc sepulchrorum violatores, hinc homici-
 dæ. hinc bella & pugnae, hinc alia quamplura mala oriun-
 tur. Vbique certè auarus inutilis est, nec ad imperandū ex-

Auarus tur. Vbique certè auarus inutilis est, nec ad imperandū ex-
ad omnia ercui, nec vt præsit populo cōmodus. Cur dico in rebus
inutilis. publicis, quum in priuatis etiam inutilis sit? Si vxor ducen-

da est, non probam, sed impudetissimam omnium pro pec-
 cunia eliger. Si domus emenda, non eam quæ homini libe-
 ro conueniat emer, sed quæ multis posset locari. Si serui &
 quicquid aliud comparandum est, vilissimū semper inquir-
 ret. Quid minora percurro? si regnum orbis inuasit, cate-
 ris omnibus miserior tamen est, atque pauperior terrarum
 pestis, vrbium perniciēs, singulorum calamitas: non enim
 quæ cæterorum sunt, quasi sua tutatur, sed veluti vnus ex
 multis omnia rapit, pauciora putans cæteris omnibus ha-
 bere. Nam quum cupiditati eorum, quæ nondum possedit,
 ea quæ habet, confert, nihil prorsus habere opinatur, pro-

Eccle. 10. pterea quidā ait, nihil esse auaro iniquius. Qui auarus est,
 etiam se ipsum perdit, auarus cōmunis omnium hominum
 hostis, auarus non parum dolet, quia terra pro spiciis aurum
 non producit, quia fontes non manant auro, quia montes
 loco lapidum aurum non habeāt. Auarus fertilitatem tem-
 porū molestè fert, & communi felicitate cōtrahitur, om-
 nēque fastidit causam, vnde argentum colligere non po-
 test: è regione verò cuncta suffert, vnde duos solummodo
 capere obolos possit, omnes homines tam pauperes, quàm
 diuites odio prosequitur: pauperes, nequid ab eo petāt: di-
 uites, quia quæ illorum sunt, non possidet: vniuersos enim
 simpliciter, quæ sua esse deberent, occupare putat, ac ideo
 quasi ab omnibus læsus omnibus infensus est. Hic quid ple-
 num sit, nescit, saturitatē ignorat, omnium denique ita mi-
 ferrimus est, quemadmodū expers auaritiæ, & oppositè vir-
 tuti deditus omniū est beatissimus. Quippe cum virtuoso,
 siue seruus sit, siue dominus, nemo malefacere possit nec si
 vniuersi homines cū armis, & machinis aduersus eum in-
 surgerent: nequā verò & rapax, & homo qualem descrip-
 mus, etiam si rex sit, etiam si mille purpuris exornetur, vel à
 quouis pati extrema pote sit: adeò improbitas imbecilla res
 est,

est, deo è contrà virtus validissima. Quid igitur mœres propter pauperiè? quid ploras quum festum diem habeat? Quid lamentaris quum solennia ducas? Solennis quippe dies & festus prudenti pauperies est. Quid plangis ô puer? pueri enim certè huiusmodi homines sunt. Vapulasti ab aliquo, quid hoc? fortiorè te reddit. Quispià pecunià surripuit tuà in quonam tui oneris partè sustulit? Famam tuam læsit, ad aliam virtutis speciè resiliisti. Audias exteriores sic philosophates atque dicentes, nihil te mali nisi fingas, passum inde fuisse. Sed magna te illa domo priuauit, & hortos circumpositos eripuit: Ecce vniuersa terra in còspectu est tuo, ecce publica ædificia siue ad voluptatem, siue ad vsum ea requiris. Quid amœnìus, aut pulchrius firmamento cœli? Quouique pauperes atque inopes sumus? Nò potest diues esse, qui animo pauper est: sicut nec pauper esse potest, qui animo diues est. Nam si excellentius, atque præstantius corpore anima est, nò possunt quæ corporea sunt ipsam ad se nolentem attrahere: sed illa quæ princeps corporis est cuncta corporea, vt vult trahit, atque trāsmutat. Nam & cor quando laborat, totum corpus patitur, & intemperies sua totū corpus aggreditur: sicut ecòtra téperies toti corpori pdest: quod si quid cæterorum lāguescat mēbrorū corde incolumi, & virtute vigenti facile languor etiā illius excutitur. Et vt apertiorè totā hanc rem faciā, dic quæso, quod emolumētum ex arbore futurum est, si rami virescūt, & radix putrescat? aut quod detrimētū arbor habebit si foliis exiccatis radix incolumis penitus sit? Pariter hic igitur cogita, nullā vtilitatē esse pecuniæ, si animus paupertate deprimitur: nec paupertatis vllum onus, si animus diues existit. Sed quomodo, inquires, diues animus esse poterit, si pecunias non possidet? imò vrotic maxime summi diuitis pollet. Nam si, vt sepius dictum est, id argumētum diuitis animi est quod pecunia despiciat, ac re nulla indigeat, patet paupertatis è còtrario argumētū esse, studio & cura collectioni pecuniarū incumbere. Nec vllus vnquam dubitabit, facilius in paupertate, quàm in rerum copia posse pecuniam despici, ac multo magis à diuitibus, quàm à pauperibus magnitudinem pecuniæ còcupiscere. Veluti etiam ebrius maiore siti vexatur, quàm qui modico vino vsus est. Non enim huiusmodi cupiditas est, vt maiori sumulo rerum possit extingui, sed è contrà inflāmari, atque

IN CAP. MATTHAEI XXVI.

incendi solet: & quemadmodum ignis addita materia magis effertur, sic pecuniarū cupiditas adiectione auri magis extollitur. Si ergo qui plura expetit inops est, at talis qui multa possidet esse inuenitur, hic maxima paupertate deprimitur. Perpendis diuitis animū in pauperie, & pauperis econtra in diuitiis esse. Sed in personis quoque si placet, qualis sit hæc res videamus. Ponamus ergo duos diuites, quorum alter mille, alter decem habeat talēta, pecunia sua penitus à quoquam priuari: vter igitur maiore vexabitur dolore? nōne patet, eum qui mille amisit? Sed profecto nō doleret magis, nisi magis pecuniā amaret. Qui verò magis amat, magis certè concupiscit: qui porro magis concupiscit: hic pauperior est. Illud enim maximè cupimus, quo maximè indigemus. Ex indigentia enim cupiditas originē trahit: vnde vbi satietas est, cupiditas esse non potest. Quippe tunc maximè sitimus, cum potu indigemus. Hæc à me dicta sunt, vt ostendam, si vigilamus, neminem nobis nocere posse: vtque pateat, non ex paupertate, sed à nobis ipsis detrimentum nobis fieri. Quare vehementer omnes rogo atque oro, vt omni studio auaritiæ morbum expellamus, vt & hic in diuitiis nulla re indigente viuamus, & æternis bonis perfruamur, gratiā & misericordiā Domini nostri Iesu Christi, Amen.

HOMILIA LXXXII. EXCAP. XXVI.

Rima autem azimorū acceperunt discipuli ad Iesum dicentes: vbi vis paremus tibi comedere pascha? Ipse autem dixit: Ite in ciuitatem ad quendam egredicite sibi: Magister dicit, tempus meum prope est apud te facio pascha cum discipulis meis. Primam azymorum eam diem vocat, quæ ante azyma erat. Consecuerunt enim à vespere semper dies numerare, & eius mentionem facere in vespere cuius pascha erat immolandū. Quinta enim sabbati acceperunt, quam hic quidem primam azymorum, id est ante azyma vocat, tempus designans quo acceperunt, Alius autem, Venit, inquit, dies azimorum, in qua oportebat immolari pascha. Nam, venit istud, propè & in ianuis erat, significat, vesperam videlicet illam à qua incipiebant comemorās: ideo quique Euāgelistarum adiiciūt, quando immolabatur pascha. Accedunt igitur discipuli ad Iesum

Iesum